

nus binario, producit numerū in quo est maior cubus eo, qui ex primo in secundum producitur.

Sit ut c cubus cuius quadratus b, radix a ducatur in q cubū cuius radix x, & exeat g cubus, cuius radix k, fit igitur k ex a in x. Sit etiā ut 2 numerus excedat k ad minus binario, & b quadratus primi non sit minor k numero, tunc ex c in 2 q fiat f g. Dico in numero f g maiorem numerū cubicum esse q̄ sit cubicus g. Ponam enim ut h sit triplus k, & proxima radix post k sit m. Cum itaq̄ c cubus sit maior octonario, erit a non minus ternario, sed b non est minus k, igitur c non est minus h. Si autem ei quod fit k multiplico in m, & ternario in productū addatur unitas, fiet summa qua g cubi exceditur à proximo maiori cubo, sicut patet ex 3 1. & 3 3. huius, ergo per 3 4. huius, si ei quod fit ex h in m addatur unitas, fiet summa qua idem g cubus superatur à proximo superiori cubo. Sed 2 ad minus una unitate excedit m, & c nō est minus h, igit̄ plusq̄ illa summa fit ex c in 2, igitur f est plusq̄ illa summa, igitur in numero f g est maior cubus q̄ sit cubicus g, hoc aut̄ fuit ostendendū.

X L.

Si uero quomodolibet aliter res se habuerint, necesse est, ut nihilominus cubo in cubū & aliquid multiplicato, & deinde in productum, & item in illud productum, & sic aliquotiens, necesse est inquā, ut in numero ex ultima multiplicatione producto ad minus sit cubus maior eo, qui fit ex primo cubo in cubum maximum illius numeri, qui ex penultima multiplicatione procreatur.

Sit primo, ut maneant omnia prædicta, hoc solo dempto, quod dictum est, scilicet c non esse octonariū. Sit autem c octonarius. Contingere ergo potest, q̄ f g non contineat maiore cubum q̄ g, ut si b sit æqualis k, & numerus 2 tantum unitate excedat numerum m, tunc nanq̄ c duplum erit ad b, sic etiam duplum ad k, h autem triplum ad k, c igitur minus est h tertia sui parte, sed sola unitate 2 uincit m, ergo c in 2 facit minus q̄ h in m, ex quo sequitur in f g, g esse maximum cubum, sed tūc
 Si ex

$$\begin{array}{r} \frac{2q}{c} \\ \frac{q}{b} \\ \frac{x}{a} \end{array} \quad \begin{array}{r} \frac{f}{g} \\ \frac{h}{k} \\ \frac{m}{m} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} \Delta \\ \frac{x}{\dots} \\ \frac{0}{\dots} \\ \frac{0}{\dots} \\ \frac{1}{\dots} \\ \frac{15}{\dots} \\ \frac{5}{\dots} \\ \frac{x}{\dots} \\ \frac{7}{\dots} \\ \frac{11}{\dots} \\ \frac{9}{\dots} \\ \frac{3}{\dots} \\ \frac{2}{\dots} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} \frac{g}{h} \\ \frac{p}{d} \\ \frac{e}{a} \end{array}$$